



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt abbates in potestare episcoporum consistent. lxxvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De illis qui virginitatem observant, & sic extolluntur. Cap. LXIII.*

**S**iquis ex his qui virginitatem propter Deum seruant, Ex eodē, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit. cap. 10.

*Quod non sit permittendum monachos, & monachas in vno monasterio simul habitare. Cap. LXV.*

**I**n nullo loco monachos, & monachas permittimus vnū Ex reg. monasterium habere, sed nec ea quæ duplicia vocant, & Greg. pa si quid tale est. Religiosus episcopus mulieres quidem in pa. suo loco studeat manere, monachos autem aliud monasterium ædificare cogat. Sin autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachæ, & in aliis monachi. Res autem quas habent communes, secundum iura eis competentia distribuantur.

*Vt episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter visitet. Cap. LXVI.*

**V**t episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter introeat, & cum grauibus & re- Ex cōcil. ligiosis personis, & in eorum, vel in earum conuentu resi- Rotoma. dens, eorum vitam & conuersationem diligenter discuti- cap. 3. at, & si quid reprehensibile inuenerit, corrigere satagat. Sanctimonialium etiam pudicitiam, subtiliter inuestiget. Et si aliqua inuenitur, quæ neglecto proposito castitatis, clerico aut laico impudenter misceatur, & in priuata custodia retrudatur, vbi quod malè commisit, dignè pœniteat. Interdicat etiam ex autoritate sanctorum canonū, vt nullus laicus, aut clericus in earum claustris, & secretis habitationibus accessum habeat, neq; presbyteri, nisi tantum ad Missam, expleta Missa ad Ecclesias suas redeant. Omnibus præterea publicè & priuatim denunciaret, quantum piaculum sit, qui sponsam Christi vitare præsumit. Si enim ille reus tenetur, qui sponsam hominis violat, quanto magis reus maiestatis efficitur, qui sponsam omnipotentis Dei corrumpit?

*Vt abbates in potestate episcoporum consistant. Caput LXVII.*

**A**bbates pro humilitate religionis, in episcoporum Ex cōcil. potestate consistant, & si quid extra regulā fecerint, Aurelian. no, ca. 4.

Y

ab episcopis corrigantur. Non semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum, & si quid corrigendum fuerit, corrigant. Monachi autem abbatibus omni obediētia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumacia in extiterit indeuotus, ac per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acq̄sierit, ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. ipsi aut̄ qui fuerint peruagant̄ ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & constringantur.

*De monachis, qui filios procreauerint. Cap. LXVIII.*

*Ex dictis S. Isido.* **M**onachi filios procreantes in carcere recludantur, nisi facinus continua lamentatione desinentes, vel ad mortem sola misericordia in communionis gratia possit indulgeri.

*De sanctimonialibus, que vim barbaricam pertulerunt. Cap. LXIX.*

*Ex decr. Leonis papæ. cap. 49.* **D**E his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ, barbaricam pertulerunt violentiam, & integritatem pudoris non in animo, sed corpore perdiderunt, nobis videtur seruanda moderatio, vt neque in viduitate deiciantur gradum, neque in sacrarum & perseverantia virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus singularibus obseruationibus perseverant, & castimoniam integritatem mente custodiunt, sacramentorū eis non est neganda cōmunio: quia iniustum est illas in eo, vel arguere notari, quod nō volūtas admittit, sed vis hostilis eripuit.

*De quadam abbatissa, que se proclamauerat super militibus in claustro suo hospitantibus. Cap. LXX.*

*Ex regis Greg. ad Fortunianū episcopum Neopolit. cap. 112.* **I**nsinuauit nobis latrrix præsentium agnella abbatissa, quod intra monasterium ipsius milites hospitemur, omnino de fraternitatis vestre sollicitudine mirari non queat, si hoc patienter tulerit, & nō illud cum omni celeritate fecerit emendari. Vnde hortamur, vt vel nunc studium stri sit, instanter eis quorum interest imminere, quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur, & nullus vltius meatum accipiat, nec callidus hostis occasio